

**HISTORIA DIPLOMATICA**  
**FRIDERICI SECUNDI**

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT  
ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT  
ET NOTIS ILLUSTRAVIT

**J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.**

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

**H. DE ALBERTIS DE LUYNES,**

UNICUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS.

---

TOMUS I.

PARS I.



**PARISIIS**

**EXCUDEBANT PLON FRATRES,**

36, VIA DICTA VAUGIRARD.

MDCCCLII. ω

mini nostri Friderici Dei gratia invictissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue [an]no octavo, feliciter. Amen.

[Panormi],  
[maio.]

Fridericus rex Siciliae monasterio Sancti Johannis apud Panormum quoddam molendinum donat, omniaque privilegia, immunitates et praerogativas ab antecessoribus suis eidem monasterio concessas confirmat.

(Memorat. ap. MORTILLARO, *Catalog. ragionato dei diplomi nel arch. metropol. di Palermo*, n° 37, scaff. X; ex originali unde sigillum avulsum est. In tabularis MSS. Amici et Schiavi haec desideratur mentio.)

Datum, etc., anno dominice incarnationis MCCVII, mense maio, indictione IX.

[Ferentini],  
[septembri.]

Innocentius papa omnes Gaietos et Sarracenos per Siciliam constitutos commendat quod a fidelitatis constantia erga Fridericum Siciliae regem non recesserint, hortaturque ut in ea perseverent, quum rex ipse in proximo eorum devotioni congrua praemiorum vicissitudine respondere possit.

(Edid. BAEQUIGNY, *Innoc. III epistol.*, lib. IX, t. II, p. 972.)

[Innocentius, etc.] Archadio et universis Gaietis (a) Antelle, Platane, Jaci, Celsi (4) et omnibus Gaietis et Sarracenis per Siciliam constitutis,

(a) Sic in indice manuscripto. In impresso *Gaietanis*, minus recte.

octavum regni annum potius continetur. Adde quod annus incarnationis hic expressus anno vulgari nostro convenit, dum ex calculo Pisano annus 1207 non ante vicesimum quintum martii diem computari debuerit. Vid. supra, p. 97, not. 4.

(4) Antella (*Rocca d'Entella*) in montanis non procul a Poggioreale. — *Platana* vel *Platano*,

veritatem que Deus est intelligere et amare. Gaudemus plurimum et sinceritatem vestre fidei commendamus quod licet multifarie multisque modis hactenus tentati fueritis, gratia tamen ejus qui cum neminem a misericordia sua repellat, misericorditer est operatus in vobis ut tentationibus vestris succumbere non possetis, ab ea quam erga carissimum in Christo filium nostrum F. Sicilie regem illustrem dominum vestrum habetis, fidelitatis constantia minime recessistis. Quoniam igitur prope est ut idem rex qui per gratiam Dei de die in diem prudentia proficit et etate, pene jam fessa expectantium pacem ejus desideria recognoscat sciensque reprobare malum et eligere bonum, unicuique possit pro meritis respondere, universitatem vestram monemus attente et hortamur quatenus attendentes quod bonum incassum agitur si ante terminum deseratur, et frustra velociter ille currit qui priusquam metam attingat deficit, in puritate vestre fidei taliter persistatis quod angustias et labores quos hactenus pro fidelitate regia pertulistis, Domino permittente, possitis laudabili perseverantia coronare, ac predictus rex qui suorum fidelium in proximo potens erit ad consilium nostrum digne remunerare labores, tanto retributioni vestre fidelitatis intendat quanto sibi viderit eam bonitate vestra nostraque sollicitudine conservatam, qui tam per nos quam per ipsum devotioni vestre congrua premiorum intendimus vicissitudine respondere (1).

Datum Ferentini, [. . . septembris, pontificatus nostri anno nono (2).]

castrum munitissimum hodie dirutum, versus meridiem insulae, ubi fluit amnis Platanis. — Jaci, rectius Jati (*Giato*), vid. supra p. 402, not. 4. — Celsi, *Ragalicelsi*, quondam apud Arabes *Ragalygeus*, locus ad territorium Jati pertinens. Vide tabulam ap. GIUDICE, *Append.*, p. 48. De Jato et Entella, cf. insuper FAZELLUM, *Prior. decad.*, lib. X, p. 474 et 472.

(1) Parum vero profecisse videtur papalis exhortatio, dum paulo post ad seditionem apertam Sarraceni concurrerint. « Cum longa fieret concertatio inter Capparonem et fautores ejus ex parte una et cancellarium et fautores ejus ex altera, Saraceni Siciliae qui receperant se in montibus, hoc videntes, non solum se ab obsequio regis penitus subtraxerunt, verum etiam alii descendentes, christianos multiformiter impugnabant; ita quod castrum Corilionis ceperunt, pejora facere meditantes. » *Gest. Innoc. III*, cap. XL, circa ann. 1208 ineuntem.

(2) Deest notatio mensis, sed facile ex litteris praecedentibus suppletur. Nam epistola Friderico scripta data est Ferentini, II idus septembris (12 septemb.), ex indice MSS. in Biblioth. Parisiensi.